



DICASTERIUM DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 285/22

NEOCASTRENSIS

Sanctam Ritam, religiosam, quæ coniuge et filiis orbata, Cassiæ in Umbria monasterium Ordinis Sancti Augustini ingressa est, omnibus patientiæ et cumpunctionis sublime præbens exemplum, pastores et christifideles parœciæ Sanctæ Mariæ Maioris in oppido Neocastrensi peculiari necnon assiduo cultu prosequantur.

Inde Excellentissimus Dominus Iosephus Schillaci, olim Episcopus Neocastrensis, communia excipiens vota, electionem sanctæ Ritæ, religiosæ, in Patronam apud Deum prædictæ parœciæ rite approbavit.

Idem vero, litteris die 11 mensis aprilis 2022 datis, enixe rogat, ut electio et approbatio huiusmodi iuxta normas de Patronis Constituendis confirmetur.

Dicasterium porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, attentis expositis, cum electionem et approbationem ad iuris præscriptum peractas esse constet, precibus annuit atque

SANCTAM RITAM, RELIGIOSAM,
PATRONAM APUD DEUM
PARŒCIÆ SANCTÆ MARLÆ MAIORIS IN OPPIDO NEOCASTRENSI

confirmat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Dicasterii de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum,
die 12 mensis octobris 2022.

Arturus Card. Roche
Præfectus

+ *Victorius Franciscus Viola, O.F.M.*

✠ *Victorius Franciscus Viola, O.F.M.*
Archiepiscopus a Secretis